

COMMEN

TARIU IN ECCLESIASTEN SA-
lomonis, cū annotationibus ex Hebræo
& æditione Græca in singula capi-
ta. Per fratrem Franciscum Titel-
mannum Hassellensem,
ordinis fratrum
Minorum.

¶ Thema libri

Thema

Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes,
vanitas vanitatū, & omnia vanitas.

¶ Conclusio libri

Deum time, & mādata eius obserua: hoc
est enim omnis homo. Et cuncta quæ fi-
unt adducet Deus in iudicium, pro om-
ni errato, siue bonum siue malum sit.

¶ Excudebat Antuerpiæ Simon Co-
cus, Anno a CHRISTO nato M.
CCCCC.XXXVI.
Mense Iunio.



es de la comp^a de Jesus de sag^a
scrip^t

LAVDES DEI

¶ LAVDES DEI PRO SVAMA
gnificētia & gloria, quas vir Dei Frā
ciscus ex sacris literis cōgestas, in fer
uore spiritus ipsi sæpius per diē atq;
per noctem recitare solebat, easdēq;
fratres suos frequentare docebat.

Esai. 6.

Apo. 4.

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Laudemus & superexaltemus eum in secula.

Apo. 4 Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & uirtutem, & benedictionem. Et laudemus & superaltemus eum &c.

Apo. 5.

Dan. 7.

Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem & gloriam, & benedictionem. Et laudemus, & superexaltemus eum in secula.

Benedicamus patrem & filium, cum sancto spiritu. Et laudemus & superexaltemus eum in seculu.

Apo. 19.

Laudē dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui time metis Deum, pusilli & magni. Et laudate & sup. eū &c

Dan. 3.

Laudent illum gloriosum cœli & terra. Et laudent, & superexaltent eum in seculu.

Apo. 5.

Et omnis creatura quæ in cœlo est, & super terram, &

COMMENTARII IN LIBRUM SALOMONIS, qui inscribitur Ecclesiastes. Per Fratrem Franciscum Titelmannum Hassellensem.

PRIMI CAPITIS COMMENTARIUS.



Erba Ecclesiastis filij David, regis Hierusalem. Vanitas uanitatū, dixit Ecclesiastes, uanitas uanitatū, & oīa uanitas Ecclesiastes græce, latine dicitur concionator. Formatur enim ab ecclesia ecclesiastes, sicut cōcionator

a concione accipiendo concionem pro congregato in vnum populo, coram quo sermo habetur. Vnde de Ecclesiastes dicitur, qui coram ecclesia siue concione aut congregatione populi loquitur; Apte uero Salomon concionatorent se appellat in huius libri titulo, quod in eo nō vnum aliquem privatim instituat, sed communiter ad vniuersam ecclesiam dirigat sermonem; Concionatoris insuper exacte adgit officium, modumq; obseruat & ordinem; Concionator em̄, themate statim initio concionis suæ proposito, totum deinde sermonem contexit circa ea quæ thema propositum respiciūt: interdum quidem latius expatiando, & per occasionem etiam alia quæ oportuna videntur introducendo, ita tamen vt semper tandem ad propositum sermo recurrat, atq; in eodem quod cœpit finiat. Hæc omnia q̄ exactissime obseruata videre est in hoc libro, qui velut tota vna & perpetua est concio. Proponit initio thema sermonis, dicens. Vanitas uanitatū dixit Ecclesiastes, & omnia uanitas. Idipsum subinde replicat in processu, atq; circa hoc totū pene librū cōtexit, interdum quidem ad alia quæ videntur negotio extranea per occasionem declinans, semper tamen post paululū huc recurrit, per particularia demonstrans verum esse quod initio propositum est; ac tandem velut per inductionem (quam vocāt Dialectici) ex singularibus sufficienter enumeratis,

Ecclesiastes officium

A i vniuersa

COMMENTA. IN CAPVT

in nominatiuo plurali. **Impinguabit locusta.** Alij vertunt. Grauiabit vel increffabitur doctum, vel onerabit spina dorsi. Itē & in eo quod sequit. **Dissipabit capparis.** Alij vertunt. Peribit libido. Alij. Peribit appetit⁹. Dictio em̄ hebraica (quem admodū & Hiero. annotauit) ambigua est significationis, interpretatq; amor, desyderiū, concupiscētia, libido, vel capparis. **Anteq̄ recurrat vitta aurea.** Alij vertūt. Anteq̄ deficiat fons aure⁹; alij, flos aure⁹; alij, circul⁹ aure⁹; alij lēticula aurea. **Et reuertat puluis in terrā suā.** In hebræo ad verbū sic legit. Reuertat puluis in terrā, scdm̄ quod fuit, supple a principio, anteq̄ in corp⁹ hominis fuisset format⁹. **Verba sapiētum &c.** Particula illa, in alrū, non habet in hebr. sed adiecta est ad clari⁹ exprimendū illā defixionē. Illud quoq; qđ sequitur. Quæ per magistrorū cōciliū data sunt a pastore vno, varie vertit. Quidā sic vertūt. Quæ per magistros cōgregationis siue cōmunitatis data sunt a pastore vno, idq; fere in sententiā suprapositā recurrit. Magistri em̄ cōgregationis sanctę Dei, sunt Prophetę, Apostoli, ceteriq; sancti doctores a Deo inspirati, vt eccliam doceāt. Alij sic vertūt. Quæ habet collectiones vel cœtus, data a pastore vno. Antiqua æditio sic habet. Sicut clauī igniti, qui a cōpositionib⁹ dati sunt, vel quæ verba a cōpositionib⁹ data sunt: quod ad nostrā sententiā facile accommodat, intelligēdo ex cōpositionib⁹ magistrorū sanctorum. **Finē loquēdi pariter ōnes audiam⁹.** In heb. est. Finis verbi toti⁹ audiend⁹ est. In antiqua æditione legit. Finis sermonis vbi vniuersi, auditu perfacilis est. In eo quoq; qđ sequitur. Pro ōni errato, alij vertunt, de ōni abscondito vel de ōni ignorato. Vt indicetur, de ijs etiā quæ in occulto gesia sunt & nobis forlitā exciderunt a memoria, rationē esse reddendam corā tribunali iusti iudicis, Christi Iesu Dñi nostri, cui est cū patre & spiritu sancto gloria æterna. Amen.

Finis annotationū ex hebraica veritate & antiqua æditione, quæ dicitur sep. uaginta Interpretum. Per Fratrem Franciscum Titelmanum Hassellensem.

DEO semper & vbiq; GLORIA,

VNA VNI.

Vnde, eo omnia.

Apud inelytam Brabantię Antuerpiam. Ex officina literaria Symonis Coci. Anno ab orbe per Iesu Christi sanguinem redempto. M, CCCCC, XXXVI. mense Septembri.

